



Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCLIV. De Perditione equorum fratrum de Raganita, & exustione
praeurbiorum dicti Castri Scalovvitarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

*Conradus de Feuchtwangen X. Mag. Gen. Ord. Teuton.
Meneko de Querfurt XII. Mag. Prov. in Prussia.*

& captis pluribus hominibus, deprædatâ, iterum processerunt. Sed infideles hoc videntes, armatâ manu occurrerunt eis, & initio naval i belli Fr. Th. de (a) Esbek & quidam frater dictus de Veringe mortui ceciderunt. De Lethovvinis autem LXX. viri in armis strenui sunt occisi. Hoc facto fratres iterum processerunt usque circa castrum Junigedam, ubi dum naves propter defecatum aquarum stantes, in arena procedere non valerent, infideles supervenientes, fratrem (b) Hennemannum dictum (c) kint, & fratrem dictum List, & XXV. viros interfecerunt. Alii cooperante Domino evaserunt. Iste frater Theod. de Esbech mortem suam prædictit fratri Conrado Rufo, qui ei voluit dextrarium suum accommodare, dum recederet, dicens: sufficit mihi in equo meo, quia vivum me à modo non videbis.

ANIMADVERSIONES.

- (a) Esbeth habet codex Regiomontanus. Strykovski legit modò Esbeth, modo Esbech. Codex vero Elbingensis & Jeroschinus habent Esbeck.
- (b) Strykovski habet Hevvenar. Elbingensis codex Herman.
- (c) Codex Elbingensis habet Knit.

CAPUT CCLIV.

De

*Perditione equorum fratrum de Raganita, & exustione præurbiorum dicti
Castri Scalovitarum.*

EOdem Anno Dominicâ ante Nativitatem Johannis Baptistæ, Lethovvini occultè & improvisè venientes ad Insulam, sub Castro Raganita litam, omnes equos fratrum & pecora receperunt;

Tt 3

runt;



*Conradus de Feuchtwangen X. Mag. Gen. Ord. Teut.
Meneko de Querfurt XII. Magister Prov. in Prussia*

runt; Et post in autumno proximo utriusque Castris, scil. Rag-
nitæ & Scalovitarum suburbia destruxerunt.

C A P. CCLV.

*De**Apostasia Quinta & vindicta ejus.*

Hoc anno Bolislaus Dux Masoviæ, de quo dictum est, dolens
de subversione Castris sui Wisne, assumpto sibi Lethovino-
rum adjutorio, reædificavit illud, quod cum perciperet Magi-
ster, turbatus ultra modum. Timuit enim sibi & suis fidei & fi-
delibus iterum nova pericula suboriri; Demandavit omnibus
sibis subjectis, à Majore usque ad minimum ut ad bellum se præ-
parent, si quomodo posset ædificationem impedire. Sed an-
tequam fratrum exercitus conveniret & dispersus est in diversis
locis; Nattangi, Diabolico spiritu instigante, consuetam malitiæ
innovantes, in opprobrium Jesu Christi apostasiam vitium
iterum commiserunt, quandam dictum Sabine in Ducem Exer-
citus eligentes. Principales & Capitanei hujus sceleris fue-
runt Gauvina, Stanto, Trinta, Missino, & plures alii, quorum
memoria transeat in oblivionem perpetuam, qui ad perpetrando
hujusmodi malitiæ sic se ordinaverunt, quod Stanto præ-
dictus cum quibusdam suis complicibus, occultè & fraudulen-
ter intravit Castrum Bartenstein, & fratrem Rudolphum di-
ctum Bodemer, & fratrem Fridericum de Libencele cum eorum
familiâ captivavit. Sed Missino cum viris de territorio Scluni-
en equos fratrum de Kunnigsberg deprædavit. Cæteri discur-
rentes per terram, viros Teutonicos occidentes, mulieres &
parvulos eorum ceperunt. Ecclesiis, & Ecclesiæ Sacramentis
& ministris magnam verecundiam facientes. Sed Deus, qui in

se